

A430.1

~~A430.2~~

~~14.25.2^a~~

~~L. 29.100~~

INSCRIPTIONES
LATINAE ANTIQVISSIMAE

AD C. CAESARIS MORTEM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITAE

EDITIO ALTERA

PARS PRIOR

FASTI CONSVLARES AD A. V. C. DCCLXVI

CVRA GVILELMI HENZEN ET CHRISTIANI HVELSEN

ELOGIA CLARORVM VIRORVM

CVRA THEODORI MOMMSEN ET CHRISTIANI HVELSEN

FASTI ANNI IVLIANI

CVRA THEODORI MOMMSEN

ADIECTAE SVNT TABVLAE QVINQVE LITHOGRAPHICAE



BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MDCCCXCHII

XXI. XXII.

FASTI FVRRI DIONYSII PHILOCALI (P. CHR. 354)

ET

POLEMII SILVII (P. CHR. 448/9).

Fastos menstros denique Furii Dionysii Philocali et Polemii Silvii, quamquam libris scriptis servati sunt itaque ab huius syllogae consilio alieni, propter argumenti similitudinem eidem inserere visum est ad codicem fidem exactos. Pertinent utrique ad varii multiplicisque argumenti syllogas eorumque quasi nuclei sunt, ad quos alia complura scriptoribus addere placuit quotidiano usui aut necessaria aut certe apta. Syllogam utramque quoniam seorsum edidi praeter fastos menstros huic ipsi loco reservatos, scilicet quae cum Philocalianis coniuncta circumferuntur sub nomine Chronographi a. 354 et antea in actorum societatis Saxonicae vol. II (Lips. 1850) p. 547—668 et nuper denuo inter chronica minora saec. IV—VII vol. I p. 13—148, item Polemii Silvii laterculum tam in eorundem actorum vol. III (Lips. 1853) p. 231—277 (addita codicis retractatione ibidem vol. VIII p. 694—696) quam nuper cum chronicis supra citatis vol. I p. 511—551, hi commentarii adendum sunt iis, quorum interest in ipsarum syllogarum condicionem et aetatem inquirere; hoc loco breviter tantum et per indicem reputantur quae ad laterculos recte adhibendos erisinq' neorum faciendam scire necessarium est.

Prior quem edimus laterculus scriptus fuit a Furio Dionysio Philocalo teste pictura, quae obtinet paginam eius primam. Visitur ibi splendidi aedificii ostium arcuatum clausum velo, in cuius veli parte superiore sic scriptum est:



Monogrammate repeti apparet id ipsum litteris contiguatis, quod iuxta scriptum est solutis. Inferius ante velum genii duo tabellam sustinent, ita fere ut solent in arcis mortuorum elogia proponi, in qua tabella haec leguntur:

VALENTINE			
	VALENTINE	VALENTINE	
FVRIVS	VIVAS	LEGE	VIVAS
DIONY	FLOREAS	GAVDEAS	LVS TITV
SIVS	FELICITER		LAVIT

Eiusdem scriptoris nomen redit cum in elogio mortuario Romae reperto sic: *scripsit Furius Dion* . . . tum in carmine iussu Damasi episcopi urbis Romae a. 366—384 collocato ad sepulcrum episcopi alterius Eusebii sic: *Damasi papae cultor atque amator Furius Dionysius Filocalus scripsit*. Fuit igitur Philocalus scriptor calligraphus suo artificio ea aetate clarus; nam quod etiam in lapide invenitur scripsisse, intellege elogia ab eo in lapide perscripta esse atramento, a quadrataro deinde ad eam formam incisa. Valentinus ille, cui Philocalus librum obtulit quemque praeter indicem supra relatum praedicat in scuti quod alibi in eodem codice tenet Victoria inscriptione haec:

SALVIS AVGVSTIS
FELIX VALENTINVS

qui fuerit ignoratur; potest fuisse Valentinus is, qui cum fuisset primicerium protectorum et deinde tribunus, a. 359 dux Illyrici factus est (Amm. Marc. 18, 3, 5), deinde a. 365 consularis fuit Piceni (cf. Gothofred.

prosopograph. cod. Theod. p. 92). — Secutum esse Philocalum fastos publicos, quales ea aetate circumferebantur Romae, colligitur cum ex universae syllogae indole, quae tota urbana est, tum ex titulis eiusdem scriptoris supra relatis repertis Romae, ubi sine dubio laterculum quoque confecit. Scriptum esse laterculum sub Constantio II (337—361) inde deducitur, quod praescripti ei natales Caesarum infra referendi non solum finiunt in hoc, sed etiam *dominum nostrum* eum vocant, cum reliqui imperatores ibi sub divorum titulo procedant. Deinde cum tam supra relata inscriptio *salvis Augustis felix Valentinus* quam positae ante laterculum duorum imperatorum stantis alterius, alterius sedentis imagines ostendant partem certe operis eo tempore confecisse Philocalum, quo aut duo Augusti rei publicae praefuerint aut Augustus cum Caesare, qui hac aetate saepe Augustorum appellatione comprehenduntur, alterum principem esse Caesarem Gallum a. 351—354 inde efficitur, quod in elencho episcoporum ad a. 352 eius diserte mentio facta est. Denique ut reliqua opuscula in eadem syllogam recepta scripta sunt anno 354, eodem fasti quoque exarati sunt paullo ante quam exeunte eo Gallus de loco deiectus est et interfectus. — Ipse laterculus ita comparatus est, ut singulis mensibus binae paginae dentur iuxta collocatae, quarum prior imaginem exhibet, posterior fastos continet; accedunt et disticha et tetrasticha, quibus imagines explicantur. Nos in hanc editionem neque alia recepimus ad fastos adiecta, ut dierum horarumque noxiarum communium bonarum laterculum et picturas dierum et annotationes de signis zodiaci, neque imagines dentur iuxta collocatae, nuper edidit Iosephus Strzygowsky *die Calenderbilder des Chronographen vom Jahre 354, Ergänzungsheft I zum Jahrbuch des deutschen archäologischen Instituts Berolini* 1888) cum carminibus adiunctis, sed solos fastos damus et praescriptos iis natales Caesarum in ipsis fastis fere redeuntes. — Codex unus, per quem fasti Philocaliani ad nos pervenerunt, saeculo octavo non antiquior, ipse periit; fastorum eius supersunt apographa haec.

A Argentoratense olim, iam Bernense n. 108 saec. X, habens ex fastis solum mensem Decembrem.

V Vindobonense n. 3416 scriptum c. a. 1480, habens natales Caesarum et fastos integros.

B Barberinianum saec. XVII hodie bipertitum, scilicet pictura, quae natales Caesarum repraesentat, est in cod. adhuc Barberiniano 31, 39, fasti mensium Ian. Febr. Iul.—Dec. (reliqui absunt) ablati ex Barberiniana hodie extant inter Mariniana bibliothecae Vaticanae cod. 9135.

B Bruxellense n. 7524—7555 scriptum c. a. 1560, habens natales Caesarum et ex fastis Ian. Febr. Iul.—Dec.

Ediderunt fastos menstros Philocali potissimum hi: Philippus Gundelius primus in editione fastorum Ovidianorum (Viennae 1513. 4) ad codicem Vindobonensem, quam editionem repetivit c. a. 1617 Iohannes Georgius Herwart in folio seorsum impresso; Bacherius in comm. in Victorium Aquitanum (Antverp. 1634) p. 275—288 ad codicem Bruxellensem; Lambecius in bibl. Caesarea append. comm. I. IV (Vindob. 1671) p. 271—302 ad codicem Vindobonensem. Praeterea ex schedis Barberiniana natales Caesarum edidit Marinus in Arvalibus p. 387 (inde Orell. 1104).

'Polemii (Poltmii cod.) Silvii laterculus' — sic enim in codice inscribitur — incipit a praefatione haec: 'Domino beatissimo Eucherio episcopo Silvius. Laterculum quem priores fecerunt cum difficilibus supputatoribus indicibus notatum legissem, ne minus doctis esset obscurior absolute, positatum in eo rerum significationem mutavi et apud te potissimum, a quo mea omnia pro tanto qui inter nos est amoris studio comprobantur

digestum direxi. Laetificabor iudicio tuo, si eum tibi placuisse cognovero. Eucherius, cui librum misit Silvius, episcopus fuit Lugduni mortuus a. 449 vel 450; Silvius videtur is esse, quem scriptor vitae Hilarii episcopi Arelatensis (403—449) memorat inter 'praeclaros auctores sui temporis' quique item teste scriptore chronicorum Gallicorum ad a. 438 (chron. min. vol. I p. 660) 'turbatae admodum mentis post militiae in palatio exactae munera aliqua de religione' conscripsit. — Scripsit Silvius laterculum in partibus Occidentis sub Valentiniano III anno p. Chr. 448, item insequentis anni consulem occidentalem in fine libelli nominans. Laterculum simillimum Philocaliani cum ante oculos haberet, Christiano odio imbutus adversus gentiliam superstitionem vanamque rerum non necessariarum curam suppressit quidquid ad ethnicam vetustatem pertinere visum esset laterculumque universum in formam simpliciorelem Christianaeque tenuitati aptiorem redegit. Ita adnotationem de horis bonis malisque picturasque dierum et signorum zodiaci reiecit se ipse aut in argumento quod laterculo praeposuit: 'dierum necessum non fuit formas depingi, quia sibi omnes consimiles sunt, neque ut stulte gentiles locuntur nomina designari, quoniam nullius rei nisi septenarii . . . numeri . . . appellatione censentur' et post alia: 'de signis nihil est quod dicatur, quia non sunt, etiamsi dicantur . . . quorum quoniam longe post mundi ortum vana veterum profanorum arte conficta sunt, mentio relinquenda est'. Simili ratione dies Aegyptiacos in tabula delevit et pro mensium

imaginibus 'in alternis foliis' breves tractatus vulgaris plebique apti argumenti interposuit, quos quatenus supersunt loco citato edidimus et explicavimus. Denique litteras lunares hebdomadarias nundinales delevit notasque solvit omnes, id quod ipsum in praefatione supra relata facturum se pollicetur, ne minus doctis tabula obscurior esset. Contra addidit alia, ut nomina mensium Hebraeorum Aegyptiorum Atheniensium Macedonum ex gentium diversarum menologio aliquo, qualia etiam nunc supersunt; ventorum tempestatum similliumque indicationes petitas, ut me docuit comparatio instituta, ex tabula rustici anni Columellae l. XI c. 2 inserta, quamquam quaedam variant sive brevioris incuria, quae sane maxima fuit, sive quod alterius utrius auctoris librarii peccaverunt; denique adnotationes quasdam grammaticas de vocabulorum quae fastis propria sunt origine vel triviales vel absurdas aliasque historicas, ut de die captae urbis a Gallis (id. Febr.) et de feriis ancillarum eodem tempore institutis, quae mirum in modum conspirant cum Plutarcho. — Servavit Silvii laterculum unus codex olim hospitalis S. Nicolai Cusani, hodie bibliothecae publicae Bruxellensis n. 10615—10729 saeculi XII, in quo legitur continuo perscriptus litteris admodum minutis, ita ut universus laterculus cum appendicibus omnibus contineatur duobus foliis 93 (cuius f. 94 apographum est) et 95. Inde laterculum edidit Henschenius in aetorum sanctorum mensis Iunii vol. VII (Antverp. 1717) p. 178—184; quam editionem repetiit patrologia Migniana vol. XIII (Paris. 1845) p. 675 sq.

I v. 3. 4 ianuarii *B*
v. 4 hadriani *B*
v. 5 febrar *R*
v. 7 marcio *R*
v. 12. 13 om. *R*

NATALES

MENS · IANVAR
LVCI · AELI · CAESARIS · IDIB · IAN
DIVI · GORDIANI · XIII · K · IAN
DIVI · ADRIANI · IX · KAL · IAN
MENS · FEBRVAR
DIVI · CONSTANTINI · III · K · MAR
MENS · MARTIO
DIVI · CONSTANTII · PR · KAL · APR
MENS · APRIL
DIVI · SEVERI · III · IDV · APR
M · ANTONINI · VI · KL · MAI
MENS · MAIO
DIVI · CLAVDI · VI · IDVS · MAI
MENS · IVNIO
MENS · IVLIO

CAESARVM


MENS · AVGVSTO
DIVI · PERTINACIS · KAL · AVGV
D · N · CONSTANTII · VII · IDV · AVGV
DIVI · PROBI · XIII · KAL · SEP
MENS · SEPTEMB
DIVI · AVRELIANI · V · IDV · SEP
DIVI · TRAIANI · XIII · KAL · OCT
PII · ANTONINI · XIII · KAL · OCT
DIVI · AVGVSTI · IX · KAL · OCT
MENS · OCTOB
DIVI · ALEXANDRI · KAL · OCT
MENS · NOVEMB
DIVI · NERVAE · VI · IDV · NOV
DIVI · VESPASIANI · XV · KAL · DEC
MENS · DECEMB
DIVI · VERI · XVIII · KAL · IAN
DIVI · TITI · III · KAL · IAN

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS IANVARIVS

habet dies XXXI.

1	A	A	A	KAL · IAN	SENATVS · LEGITIMVS	
2	B	B		IIII · NON	DIES · AEGYPTIACVS	
3	C	C		III	LVD	VOTORVM · NVNCVPATIO
4	B	D	D	PRIDIE	LVDI	
5	E	E		NON	LVDI	
6	F	F		VIII · IDVS	DIES · AEGYPTIACVS	
7	C	G	G	VII	IANO · PATRI · CM · XXIII	
8	A	H		VI		
9	B	A		V	SENATVS · LEGITIMVS	
10	D	C	B	IIII		
11	D	C		III	DIES · CARMENTARIORVM	
12	E	D		PRIDIE		
13	E	F	E	IDIB	IOVI · STATORI · CM · XXIII	
14	G	F		XIX · KAL · FEB		
15	A	G		XVIII	CARMENTALIA	
16	F	B	H	XVII	DIES · AEGYPTIACVS	
17	C	A		XVI	LVDI · PALATINI	
18 ₃	D	B		XV	LVDI	
19	G	E	C	XIIII	LVDI	
20	F	D		XIII	N · GORDIANI · CM · XXIII	
21	G	E		XII	LVDI	
22	H	A	F	XI	LVDI	
23 ₇	B	G		X	SENATVS · LEGITIMVS	SOL · AQVARIO
24	C	H		IX	N · D · HADRIANI · CM · XXIII	
25	I	D	A	VIII	N · CHARTIS	
26	E	B		VII		
27	F	C		VI		
28	K	G	D	V		
29	A	E		IIII		
30	B	F		III		
31	A	C	G	PRIDIE		

A (qui laterculum hunc exhibet scriptum litteris quadratis totum) et *V*, qui plane conveniunt, singulas paginas dividunt lineis in laterculos quinos, quorum tres primos occupant litterae lunares hebdomadariae nundinales, quartum dierum nomina numerice, quae ubi longiora sunt in quintum laterculum excurrunt, quintum denique adnotationes. — Rubro colore scribuntur in *AV* litterae hebdomadariae, signa duodecim, denique singulis mensibus kalendae idusque cum adnotationibus suis, item in *V* mensium nomina addito dierum numero, cum in *A* quod solum inde superest dies XXXI scriptum sit atramento. Praeterea in *A* (non in *V*) sub signo circulus pictus est rubro colore. Compendia scripturae ea quae antiquitatis speciem prae se ferebant neque ex usu scriptorum saec. XV derivantur retinui omnia.

1 mensis om. *RB* in inscriptionibus omnibus.

2 aegipciacus *V* et sic vel egipciacus vel aegyptiacus plerumque, quod non adnotavi deinceps; recte scribitur *d. Ian. 16*.

4 pridie plene scriptum exhibet *A*, quod retinui; prid. sive pr. *V*

11 dies carmentariorum ad *Ian. 11 RB*, ad *Ian. 10 V*

13 Natalem *L. Aelii Caesaris* huic diei adscribunt *Nat. Caes.*

POLEMIVS SILVIVS.

p. Chr. 448/449.

IANVARIVS

dies XXXI.

Vocatur apud Hebraeos Sebit, apud Aegyptios Tibi, apud Athenienses Pusidion, apud Graecos alios Edineus.

1 KALENDAE	dictae ἀπὸ τοῦ καλεῖν, hoc est a vocando, quia tum in rostris Romae ad contionem populus vocabatur	
2 III NONAS	circus privatus	auster, interdum cum pluvia
3 III	dies Auspicalium natalis Ciceronis ludi	
4 II	ludi compitales	
5 NONAE	dictae ideo, quia nonus dies eas discernit ab idibus	tempestatem significat
6 VIII IDVS	epiphania, quo die interpositis temporibus stella magis visa, quae dominum natum nuntiabat. de aqua vinum factum et in anne Iordanis salvator baptizatus est	auster interdum vel favonius
7 VII	prima consulis mappa, quae ideo sic vocatur, quia rex Tarquinius Romae, dum die circensium pranderet in circo, de mensa suam mappam foras, ut aurigis post prandium currendi signum daret, abiecerat	
8 VI		auster, interdum et imber
9 V	senatus legitimus. suffecti consules designantur sive praetores	
10 IIII		
11 III	Carmentalia de nomine matris Euandri <i>Natalis</i> ἡ. ἡ. Theodosii Augusti	
12 PRIDIE		
13 IDVS	dictae ἀπὸ τοῦ εἶδεν, a videndo, quia prinsquam annus hic qui est fuerat, mense medio luna completa, quae incipiebat kalendis. de qua menses dictos accepimus, videbatur secunda mappa	interdum ventus aut tempestatem
14 XVIII KALENDAS FEBRVARIAS.		
15 XVII	natalis Honorii. circenses	interdum auster et pluvia
16 XVI	ludi Palatini	
17 XV	ludi	
18 XIV	ludi	
19 XIII	natalis Gordiani. circenses	
20 XII	ludi	ventus africanus. tempestatem significat
21 XI	natalis sancti Vincentii martyris	dies pluvius
22 X	senatus legitimus. quaestores Romae designantur	
23 VIII	natalis Hadriani. circenses	
25 VIII		interdum tempestatem
26 VII		
27 VI	ludi Castorum Ostiis, quae prima facta colonia est	
28 V	ludi	auster aut africanus. interdum dies humidus
29 IIII	ludi	
30 III		tempestatem significat
31 II	circenses Adiabensis victis	interdum tempestatem

Orthographica minora non adnotantur codice (C) admodum inemendate scripto. Pro ae et oe fere semper scribitur e, item e et t, u et o, i et e saepissime permutantur.

praef. atheniensis C alius chineus C. Edineus est Audynaenus anni Macedonici.

1 kalende dictae apud (apud dictae C^a) ucalin C rastris C contencionem C.

2 cum pluvia a m C.

4 comitalis C.

5 none dictae. i. ideo C tempestatem C.

6 epyfania C temporibus est illa magisque C facta vel in amnae C.

7 de mensam suam mappa C.

9 legitimis C.

11 euandri ἡ ἡ au pridie C.

13 dictus apud a videndo C kalendas C.

20 gorgiani C circensis C et sic deinceps plerumque.

24 adiani circensis C.

26 nii om. C.

28 u om. C.

31 abdiibenes C.

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS FEBRVARIVS

habet dies XXVIII.

1	D H	KAL · FEB	N · HERCVLIS · C̄M · XXIII
2	E A	III · NON	
3	B F B	III	SENATVS · LEGITIMVS
4	G C	PRIDIE	LVDI · GOTTICI
5	A D	NON	LVDI
6	C B E	VIII · IDVS	LVDI
7	C F	VII	LVDI · DIES · AEGYPTIACVS
8	D G	VI	LVDI ·
9	D E H	V	GOTTICI · C̄M · XXIII
10	F A	III	
11	G B	III	GENIALICI · C̄M · XXIII
12	E A C	PRIDIE	LVDI · GENIALICI
13	B D	IDIB	VIRGO · VESTA · PARENTAT · SENAT · LEGIT
14	F C E	XVI · KAL · MAR	
15	D F	XV	LVPERCALIA
16	E G	XIII	
17	G F H	XIII	QVIRINALIA
18	G A	XII	
19	A B	XI	
20	H B C	X	
21	C D	IX	FERALIA
22	D E	VIII	CARISTIA
23	I E F	VII	TERMINALIA
24	F G	VI	REGIFVGIVM
25	G H	V	LORIO · C̄M · XII · DIES · AEGYPTIACVS
26	K A A	III	
27	B B	III	N · D · CONSTANTINI · C̄M · XXIII
28	C C	PRIDIE	LVDI · VOTIVI

SOL · PISCIBVS



4 gottichi V, gothici B.

9 gottichi V, gothici B.

13 senat. legat R.

20 sol piscibus ad 20 V, ad 19 B, ad 22 B.

23 uij uiii V.

25 lorio R itaque sequente spatio vacuo V, corio B.

28 votibi VR.

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

FEBRVARIVS

dies XXVIII.

Dictus a febro verbo, quod purgamentum veteres nominabant, quia tunc Romae moenia lustrabantur. Vocatur apud Hebraeos Adar, apud Aegyptios Mechir, apud Athenienses Gamelion, apud Graecos Peritios.

1	KALENDAE	circenses	interdum auster cum grandine
2	III NONAS		
3	II NONAS	senatus legitimus	corus aut africanus
4	II	ludi	
5	NONAS	ludi	ventus aut tempestas
6	VIII IDVS	ludi	
7	VII	ludi	favonius
8	VI		ventus aut tempestas
9	V	circenses	
10	IIII		eurus
11	III	circenses	
12	II	ludi	
13	IDVS	parentatio tumulorum incipit quo die Roma liberata est de obsidione Gallorum	
14	XVI KALENDAS MARTII		venti mutatio
15	XV	Lupercalia	
16	XIIII	natalis Faustinae uxoris Antonini	
17	XIII	Quirinalia, quo die Romulus occisus a suis, Quirinus ab hasta, quae Sabinis curis, vocatus, non apparuisse confictus est	favonius aut auster cum grandine
18	XII		
19	XI		
20	X		venti septentrionales
21	IIIIII		frigidus dies de aquilone vel pluvia
22	VIII	depositio sancti Petri et Pauli cara cognatio ideo dicta, quia tunc etsi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus	ventus aut tempestas
23	VII	deponantur Terminalia hoc die quarto bisextum anno vocamus, quem diem Aegyptii inter Augustum et Septembrem epagomino quinque dierum mensi suo iungunt	
24	VI	Regifugium, cum Tarquinius Superbus fertur ab urbe expulsus	
25	V	circenses	
26	IIII		
27	III	natalis Constantini	
28	II	ludi	

praef. februaris dictus a numero dies XXVIII dictus a fibro C veteris C quia dum C methis C atheniensis C peritios C.

3 chorus C et sic deinceps.

5 ventos aut tempestas C; ventosa tempestas Columella.

10 curus C; eurus Columella ad diem seq.

13 inq pro incipit C.

16 antonii C.

17 a suis qui ab hasta quae a sabinis curis vocatur C.

21 frigidus dies aquilone vel coro; interdum pluvia Columella.

22 fuerit C ventosa tempestas Columella ad diem sequentem.

23 epigomino C.


24 regifugium C.

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS MARTIVS

habet dies XXXI.

1	A	D	D	KAL · MAR	Ñ · MARTIS · ĀM · XXVIII	
2	E	E		VI · NON		
3	F	F	V		SENATVS · LEGITIMVS	DIES · AEGYPTIACVS
4	B	G	G	III		
5	A	H		III	ISIDIS · NAVIGIVM	
6	B	A		PRIDIE		
7	C	C	B	NON	IVNONALIA	
8	D	C		VIII · IDVS		
9	E	D		VII	ARMA · ANCILIA · MOVENT	
10	D	F	E	VI		
11	G	F		V		
12	A	G		III		
13	E	B	H	III	IOVI · CVLTORI · ĀM · XXIII	
14	C	A		PRIDIE	MAMVRALIA · SENATVS · LEGIT	
15	D	B		IDIB ·	CANNA · INTRAT	
16	F	E	C	XVII · KAL · APR		
17	F	D		XVI	LIBERALICI · ĀM · XXIII	SOL · ARIETE
18	G	E		XV		
19	G	A	F	XIII	QVINQVATRIA	
20	B	G		XIII	PELVSIA	
21	C	H		XII	Ñ · MINERVES	
22	H	D	A	XI	ARBOR · INTRAT	
23	E	B		X	TVBILVSTRIVM	
24	F	C		IX	SANGVEM · DIES · AEGYPTIACVS	
25	I	G	D	VIII	HILARIA	
26	A	E		VII	REQVETIO	
27	B	F		VI	LAVATIO	
28	K	C	G	V	INITIVM · CAIANI	
29	D	H		III		
30	E	A		III		
31	A	F	B	PRIDIE	Ñ · DIVI · CONSTANTĪ · ĀM · XXIII	

*Martius deest in RB**inscr. Marcius V. habet hic et deinceps om. V.*

1 scribendum puto XXIII.

3 legitimus V.

9 armanchilia V.

19 cinquatria V.

20 pelosia V.

21 sanguem primo casu legitur in codice Arnobii 1 59 a manu prima, item apud Lucretium 1, 837 in codice oblongo, denique in hoc ipso Lucretii versu apud Charisium p. 90, quamquam scribae, non auctoris arbitrio; idque quamquam soloeum, tamen apud plebeium hunc infimae aetatis scriptorem monente Hauptio retinui.

31 constantini V; emendavi ex nat. Caes.

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

MARTIVS

dies XXXI.

Vocatur apud Hebraeos Nisan, apud Aegyptios Faminod, apud Athenienses Antesterion, apud Gracos Distros.

1	KALENDAE			interdum grando septentrionales venti
2	VI NONAS			
3	V			interdum hiemat
4	IIII			
5	IIII			
6	II			aquilo
7	NONAS			
8	VIII IDVS			
9	VII			
10	VI			
11	V	natalis favonii		septentrionales venti
12	IIII			
13	IIII			flatus aquilonis
14	II			
15	IDVS			hiemat
16	XVII KALENDAS APRILES			favonius aut corus
17	XVI	circenses		
18	XV			
19	XIIII	Quinquatria		
20	XIII	Pelusia		septentrionales venti
21	XII			dies pluvius. interdum ningit
22	XI			
23	X			
24	IX	natalis calices		
25	VIII	aequinoctium. principium veris	crucimissio gentilium. Christus passus hoc die.	¹ / ₄ interdum tempestas
26	VII			
27	VI	avationem veteres nominabant	resurrectio	
28	V			
29	IIII			
30	IIII			
31	II	natalis Constantini. circenses		

praef. athinienses *C.*

1 interdum *C.*

2 septentrionalis *C.*

11 natali favonii *nihil respondet apud Columellam.*

12 septentrionalis *C.*

16 aprilis *C.*

19 quinquatria *C.*

21 septentrionalis *C.*


22 pluvius *C.*

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS APRILIS

habet dies XXX.

1	G	C	KAL · APR	VENERALIA · LVDI	SEN · LEG
2	A	D	III · NON		
3	B	B	II	N · DEI · QVIRINI · CM · XXIII	DIES · AEGYP
4	C	F	PRIDIE	LVDI · MEGALESIACI	
5	D	G	NON ·	LVDI	
6	C	E	VIII · IDVS	LVDI	
7	F	A	VII		
8	G	B	VI	N · CASTOR · ET · POLLVc · CM · XXIII	
9	D	A	V	LVDI	
10	B	D	III	MEGALESIACI · CM · XXIII	
11	C	E	II	N · DIVI · SEVERI · CM · XXIII	
12	E	D	PRIDIE	LVDI · CEREALICI · CM · XXIII	
13	E	G	IDIB	LVDI · SENATVS · LEGITIMVS	
14	F	F	XVI · KAL · MAI	LVDI	
15	G	A	XVII	LVDI	
16	A	I	XVI	LVDI	
17	G	B	XV	LVDI	
18	C	D	XIII	LVDI	SOL · TAVRO
19	D	E	XIII	CEREALICI · CM · XXIII	
20	H	E	XII		
21	F	G	XI	N · VRBIS · CM · XXIII	DIES · AEGYP
22	G	H	X		
23	I	A	IX		
24	B	B	VIII		
25	C	C	VII	SERAPIA	
26	K	D	VI	N · M · ANTONINI · CM · XXIII	
27	E	E	V		
28	F	F	III		
29	A	G	III		
30	A	H	PRIDIE	LVDI · FLORALES	

Aprilis deest in RB.

8—12 quae adnotantur in V adscribuntur quidem ad 7—11, sed qui scripsit librum errorem emendavit signis appositis; quam emendationem confirmant

Nat. Caes. natalem divi Severi collocantes a. d. III id. Apr.

8 pollus V.

26 m. ante antonini om. V⁹.

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

APRILIS

dies XXX.

Vocatur apud Hebraeos Iar, apud Aegyptios Farmotin, apud Athenienses Elaibilion, apud Graecos Xanticos.

1	KALENDAE		tempestatem significat
2	III NONAS		
3	II	circenses	
4	I	Iudi	
5	NONAS		favonius aut anster, interdum cum grandine
6	VIII IDVS		interdum hiemat
7	VII		tempestatem significat
8	VI		avium <i>aleyonum</i> dicitur
9	V		
10	IIII	circenses	interdum tempestatem significat
11	IIII	natalis Severi. circenses	
12	II	Iudi	hiemat
13	IDVS	senatus legitimus	
14	XVIII KALENDAS MAIAS	Iudi	ventus ac tempestas.
15	XVII	Iudi	
16	XVI	Iudi	pluviam significat
17	XV		
18	XIIII	Iudi	
19	XIIII	circenses. consulis tertiae mappae.	
20	XII		
21	XI	natalis Urbis Romae. consules ordinarii fasces deponunt. Parilia dicta de partu Iliac	interdum pluvia et grando
22	X		africus aut auster. dies humidus
23	IX		tempestatem significat
24	VIII		
25	VII		
26	VI	natalis Antonini. circenses	
27	V	Floria	
28	IIII		auster fere cum pluvia
29	IIII		interdum dies humidus
30	II		tempestatem significat

7 tempus *C.*

8 avium ulcanum dicitur *C.*; cf. *Colum.* 11, 2, 21: VIII k. Mart. Halcyonei dies vocantur.

9 om. *C.*

10 tempus *C.*

11 natalis iuri *C.*

14 maius *C.* ventosa tempestas *Columella.*

22 humidus *C.*

26 antonii *C.*

28 fore *C.*; emendavi ex *Columella.*

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS MAIVS

habet dies XXXI.

1	B	A	KAL · MAI	SENATVS · LEGITIMVS
2	B	C	VI · NON	LVDI
3		D	V	FLORALICI · CM · XXIII · DIES · AEGYP
4		E	IIII	LVDI · MAXIMATI
5	C	F	III	LVDI
6		G	PRIDIE	LVDI
7		A	non	LVDI
8	D	B	VIII · IDVS	LVDI
9		C	VII	MAXIMATI · CM · XXIII
10		D	VI	N · CLAVDI · CM · XXIII
11	E	E	V	
12		F	IIII	MARTIALICI · CM · XXIII
13		G	III	LVDI · PERSICI
14	F	A	PRIDIE	LVDI
15		B	IDIB	LVDI · N · MERCVRI · SENATVS · LEG
16		C	XVII · KAL · IVN	LVDI
17	G	D	XVI	PERSICI · CM · XXIII
18		E	XV	N · ANNONIS
19		F	XIIII	ZENZIARIVS
20	H	G	XIII	
21		A	XII	DIES · AEGYPTIACVS
22		B	XI	
23	I	C	X	MACELLVS · ROSA · SVMAT
24		D	IX	
25		E	VIII	
26	K	F	VII	
27		G	VI	
28		A	V	
29	A	B	IIII	LVDI · HONOR · ET · VIRTVS · ZINZA
30		C	III	LVDI
31		D	PRIDIE	LVDI

SOL · GEMINI^s*Maius deest in RB.*

1 legitimus V.

7 ix pro non. V.

16 kald V.

20 gemini V.

23 macellus rosam (sive rosas) sumit scribendum.

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

MAIVS

dies XXXI.

Dictus a *maioribus*. Vocatur apud Hebraeos Sivan, apud Aegyptios Pachon, apud Athenienses *Munychion*, apud Graecos Artemesios.

1 KALENDAE		
2 VI NONAS		septentrionales venti tempestatem significat
3 V		
4 IIII	ludi	
5 III		pluvia
6 II	ludi	tempestatem significat
7 NONAS	ludi	favonius
8 VIII IDVS	ludi	interdum pluvia
9 VII		tempestatem interdum
10 VI	natalis Claudii	
11 V		
12 IIII		tempestatem significat
13 III	ludi	
14 II	ludi	
15 IDVS		dies humidus
16 XVII KALENDAS IVNII		dies ut supra
17 XVI		pluvia
18 XV		
19 XIII		
20 XII		interdum pluvia
21 XI		tempestatem significat
22 X		ut supra
23 VIII		
24 VII		venti
25 VI		
26 V		
27 IIII	ludi	interdum pluvia
28 III		
29 II		
30 I		
31 I		

graef. maius dictus a numero d XXXI C apud Athenienses *Munychion om. C.*
 2 septentrionalis C.
 3. 10. 13. 22 tempus *pro* tempestatem C.
 6 tempestatem *addidi ex Col.*

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS IVNIVS

habet dies XXX.

1	B	E	H	KAL · IVN	FABARICI · CM · XII	
2	F	A		III · NON		
3	G	B		III	SENATVS · LEGITIMVS	
4	C	A	C	PRIDIE	LVDI · IN · MINICIA	
5	B	D		NON		
6	C	E		VIII · IDVS	COLOSSVS · CORONATVR	
7	D	D	F	VII	VESTA · APERIT	DIES · AEGYPTIACVS
8	E	G		VI		
9	F	H		V	VESTALIA	
10	E	G	A	III		
11	A	B		III	MATRALIA ·	
12	F	B	C	PRIDIE		
13	C	D		IDIE ·	N · MVSARVM	SENATVS · LEGITIMVS
14	D	E		XVIII · KAL · IVL		
15	G	E	F	XVII	VESTA · CLVDITVR	SOL · CANCRO
16	F	G		XVI		⊙
17	G	H		XV		
18	H	A	A	XIII	ANNAE · SACRVM	
19	B	B		XIII		
20	C	C		XII	DIES · AEGYPTIACVS	
21	I	D	D	XI		
22	E	E		X		
23	F	F		IX		
24	K	G	G	VIII	FORTIS · FORTVNAE	SOLSTITIVM
25	A	H		VII		
26	B	A		VI		
27	A	C	B	V		
28	D	C		III		
29	E	D		III		
30	B	F	E	PRIDIE		

Iunius deest in RB.
24 solisticium V.

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

IVNIVS

dies XXX.

Dictus a iunioribus. Vocatur apud Hebraeos Thamus, apud Aegyptios Payni, apud Athenienses Targilion, apud Graecos Desios.

1	KALENDAE	circenses fabricii	
2	III NONAS		
3	III		
4	II	Iudi	
5	NONAE		
6	VIII IDVS		favonius aut corus
7	VII		
8	VI		
9	V		
10	III		interdum rorat
11	III		
12	II		
13	ID	natalis Musarum	
14	XVIII KALENDAS IVLII		
15	XVII		tempestatem significat
16	XVI		
17	...		
18	...		
19	...		
20	...		
21	...		
22	X		
23	VIII		solstitium. favonius
24	VIII		
25	VII		
26	VI		
27	V	initium aestatis	dies ventosus
28	III		
29	III		
0	II		

praef. thamus] amir C payni] pafui C.

8 V *pro VI C.*

13 *nati nis (sic) C.*

16 *post XVI in margine apographi recentis intercalantur haec: XV ventus aut tempestat. XIII. XIII interdum rorat. XI, quae cum Columella non conveniunt recteque omisa sunt ab Henscheno.*

16 *tempus C (ubi superscr. d = deest).*

22 X *postea add. C.*

23 VIII *pro VIII C.*

24 *solesticium C.*

27 *initium aestatis non est ex Columella.*


29 *dies om. C.*

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS IVLIVS

habet dies XXXI.

1	G	F	KAL · IVL	SENATVS · LEGITIMVS	
2	A	G	VI · NON		
3	C	B	H V	FVGATO · LICINIO · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII	
4	C	A	III		
5	D	B	III	LVDI · APOLLINARES	
6	D	E	C PRIDIE	LVDI · DIES · AEGYPTIACVS	
7	F	D	NON	LVDI	
8	G	E	VIII · IDVS	LVDI	
9	E	A	F VII	LVDI	
10	B	G	VI	LVDI	
11	C	H	V	LVDI	
12	F	D	A III	LVDI	
13	E	B	III	APOLLINARES · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII	
14	F	C	PRIDIE		
15	G	G	D IDIB	EQVIT · RO · PROB LVDI · FRANCICI	
16	A	E	XVII · KAL · AVG	LVDI	
17	B	F	XVI	LVDI · SENAT · LEGIT	SOL · LEONE
18	H	C	G XV	ADVENT · D · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII	DIES · AEGYPTIACVS
19	D	H	XIII	LVDI · VOTIVI	
20	E	A	XIII	FRANCICI · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII	
21	I	F	B XII	ADVENT · DIVI · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII	
22	G	C	XI	LVDI	
23	A	D	X	NEPTVNALICI	
24	K	B	E IX		
25	C	F	VIII	$\overline{\text{N}}$ · D · CONSTANTINI · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII	
26	D	G	VII	LVDI · VOTIVI	
27	A	E	H VI	VICT · SARMATICAS · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII	
28	F	A	V		
29	G	B	III		
30	B	A	C III	VICT · MARCOMANNAS · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII	
31	B	D	PRIDIE		

*Dies lunares per hunc mensem om. V.*3 fucato *V.*5 appolinales *V.*12 ludi *om. RB.*13 apolinales *V.*15 aequit *VB.*17 sol leone *ad 17 VR, ad 28 B.*19. 26 votibi *VR.*22 neptunalici ludi *R.*

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

IVLIVS

dies XXXI.

Dictus a Iulio Caesare, cum Quintilis antea diceretur. Vocatur apud Hebraeos *Ab*, apud Aegyptios *Epifi*, apud Athenienses *Scirofion*, apud Graecos *Panemos*.

1 KALENDAE		
2 VI NONAS	natalis genuinus d. n. Valentiniani	
3 V NONAS		favonius
4 IIII		
5 III		
6 II	ludi	
7 NONAE	ancillarum feriae, quarum celebritas instituta est ideo, quia capta urbe a Gallis, cum finitimi prius victi tradi sibi Romanorum procerum coniuges postularent et consilio Philotidis ancillae famulae dominarum vestibus adornatae datae illis fuissent, his nuntiantibus praedictos somno sopitos et ebrios posse superari, facta victoria sic.	
8 VIII IDVS	natalis Iulii Caesaris	tempestatem significat
9 VII		
10 VI	ludi	
11 V	ludi	etesiae venti flare incipiunt
12 IIII	ludi	
13 III		
14 II		
15 IDVS		
16 XVII KALENDAS AVGVSTAS		
17 XVI		
18 XV		
19 XIII		
20 XII		
21 XI		
22 X		
23 IX		favonius vel auster. tempestatem significat
24 VIII		
25 VII	natalis Constantini	
26 VI		dies canicularis
27 V		
28 IV		interdum tempestatem
29 III		
30 . . .		
31 . . .		

praef. iulius dictus a iulio cesare dies XXXI cum C iar pro ab C.

2 genuinis dni valentiniani (*corr. ex* ualentiani) C.

7 iriae C consilium philotedis C praedictus somno sopitus et ebrios C victoriam pro victoria sic malim. — Similia habent Macrobius *sat.* 1, 11, 37 seq. et *Plutarchus Camill.* 33; *chronica minora* 1 p. 514.

9. 24 tempus C.

11 aetessie v. flere C. — VI id. Iul. prodromi flare incipiunt; k. Aug. etesiae *Columella*; *of. Plin. h. n.* 18, 28, 270: XIII k. Aug. etesiarum prodromi flatus incipiunt.


28 canicularis C.

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS AVGVSTVS

habet dies XXXI.

1	C E	KAL . AVG	N̄ . DIVI . PERTINACIS . CM̄ . XXIII	
2	C D F	III . NON	SENATVS . LEGITIMVS	
3	E G	III	VICT . SENATI . CM̄ . XXIII	
4	F H	PRIDIE	N̄ . SALVTIS . CM̄ . XXIII	
5	D G A	NON	DIES . AEGYPTIACVS	
6	A B	VIII . IDVS	N̄ . CONSTANTII . CM̄ . XXIII	
7	B C	VII	LVDI . VOTIVI	
8	E C D	VI		
9	D E	V		
10	F E F	III		
11	F G	III	LYCHNAPSIA	
12	G H	PRIDIE	N̄ . DIANES	
13	G A A	IDIB	SENATVS . LEGITIMVS	
14	B B	XIX . KAL . SEPTEMB		
15	C C	XVIII	TIBERINALIA	SOL . VIRGINE
16	H D D	XVII		
17	E E	XVI	N̄ . PROBI . CM̄ . XXIII	
18	F F	XV	DIES . AEGYPTIACVS	
19	I G G	XIII	VVLCANALICI . CM̄ . XXIII	
20	A H	XIII		
21	B A	XII		
22	K C B	XI		
23	D C	X		
24	E D	IX		
25	A F E	VIII	SOLIS . ET . LVNAE . CM̄ . XXIII	
26	G F	VII		
27	A G	VI		
28	B B H	V		
29	C A	III		
30	D B	III		
31	C E C	PRIDIE		

1 divi Pertinacis cm̄. XXIII om. RB.

4 senat. B.

7 constantiji littera una erasa V.

8 votibi VR.

12 lignapsia V, lygnapsia RB.

17 sol virgo ad 17 V, sol virgine ad 23 B.

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

AVGVSTVS

dies XXXI.

Prius Sextilis; dictus ab Octaviano Augusto. Vocatur apud Hebraeos Iul, apud Aegyptios Mesore, apud Athenienses Ecatonbion, apud Graecos Loos.

1 KALENDAE	natalis Pertinacis et martyrium Maccabaeorum	
2 III NONAS		
3 III		
4 II		tempestas
5 NONAE		
6 VIII IDVS		nebulosus aestus
7 VII	natalis Constantini minoris	
8 VI	ludi	
9 V		
10 IIII	natalis sancti Laurenti martyris	
11 III		
12 II	Hippolyti martyris	tempestatem significat
13 IDVS		
14 XVIII KALENDAS SEPTEMBRIS		
15 XVII		
16 XVI		
17 XV	ludi	
18 XIV		
19 XIII		
20 XII		
21 XI		tempestas
22 X	circenses	
23 VIII		
24 VII		
25 VI	post hunc diem apud Aegyptios V dierum epagomenos tertius decimus mensis adiungitur	
26 V		interdum pluvia
27 IV	circenses	
28 III		
29 II		
30 I		interdum frigus
31 II		

praef. dies XXXI ante vocatur C athinienses C.

1 mart machabeorum C.

4. 12 tempus C.

6 VIII C nebulosastus C; emendavi ex Columella.

9 VI C.

12 hypoliti C.

13 idem om. C.

26 epigomenos C egipcus C.

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS SEPTEMBER

habet dies XXX.

1	F	D	KAL · SEPT	SENATVS · LEGITIMVS
2	G	E	III · NON	DIES · AEGYPTIACVS
3	D	A	III	
4	B	G	PRIDIE	
5	C	H	NON	MAMMES · VINDEMIA
6	E	D	VIII · IDVS	
7	E	B	VII	
8	F	C	VI	
9	F	G	V	N̄ · AVRELIANI · CM̄ · XXIII
10	A	E	III	
11	B	F	III	N̄ · ASCLEPI
12	G	C	G PRIDIE	LVDI · ROMANORVM
13	D	H	IDIB	LVDI SENATVS · LEGITIMVS
14	E	A	XVIII · KAL · OCTOB	LVDI
15	H	F	B XVII	ROMANIANI · CM̄ · XXIII
16	G	C	XVI	
17	A	D	XV	
18	I	B	E XIII	N̄ · TRAIANI TRIVMPHALES CM̄ · XLVIII
19	C	F	XIII	PII · ANTONINI · CM̄ · XXIII
20	D	G	XII	DIES · AEGYP LVDI TRIVMPHALES SOL · LIBRA
21	K	E	H XI	LVDI
22	F	A	X	LVDI
23	G	B	IX	N̄ · DIVI · AVGVSTI · CM̄ · XXIII
24	A	A	C VIII	
25	B	D	VII	
26	C	E	VI	
27	B	D	F V	PROFECTIO · DIVI · CM̄ · XXIII
28	E	G	III	
29	F	H	III	LVDI · FATALES
30	C	G	A PRIDIE	LVDI

12 romaniani B.

19 in pro Pii R

20 sol libra ad 20 V, ad 17 R, ad 24 B.

23 n̄. om. V.

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

SEPTEMBER

dies XXX.

Dictus a numero. Vocatur apud Hebraeos Tesseri, apud Aegyptios Thout, apud Athenienses Metadignion, apud *Graecos* Gorpitos.

1	KALENDAE		
2	III NONAS		favonius aut corus
3	II	Iudi	
4	I		
5	NONAE		
6	VIII IDVS		
7	VII IDVS		tempestatas
8	VI		
9	V		
10	IIII		
11	IIII		favonius vel afriens interdum tempestatas
12	II		
13	IDVS	hoc die Romae in aede Minervali per magistratum annis singulis ex aere clipei figebantur	
14	XVIII KALENDAS OCTOBRIS		
15	XVII		favonius interdum sive vulturinus
16	XVI		
17	XV		
18	XIIII		favonius vel corus
19	XIIII		
20	XII	Iudi	
21	XI		favonius vel corus cum pluvia tempestatem significat
22	X		
23	VIIII		
24	VIIII		aequinoctium
25	VII		
26	VI	initium autumnii	
27	V		favonius interdum tempestatem significat
28	IIII		
29	IIII	Iudi	
30	II		

praef. numero dies XXX vocatur *C* egyptios thour *C* athinienses *C* Graecos *om. C.*

5 nonae *om. C.*

13 clavi *scribi debuit pro clipei* figebantur *C.*

28 tempus *C.*

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS OCTOBER

habet dies XXXI.

1	A B	KAL . OCTOB	N̄ . ALEXANDRI . C̄M̄ . XXIII	
2	B C	VI . NON		
3	D C D	V	SENATVS . LEGITIMVS	DIES . AEGYP
4	D E	III	LVDI . ALAMANNICI	
5	E F	III	LVDI	
6	E F G	PRIDIE	LVDI	
7	G H	NON	LVDI	
8	F A A	VIII . IDVS	LVDI	
9	B B	VII	LVDI	
10	C C	VI	ALAMANNICI . C̄M̄ . XXIII	
11	G D D	V	AVGVSTALES . C̄M̄ . XXIII	
12	E E	III	LVDI . IOVI . LIBERATORI	
13	F F	III	LVDI	
14	⚧ G G	PRIDIE	LVDI	
15	A H	IDIB	LVDI	EQVVS . AD . NIXAS . FIT SENAT . LEGIT
16	B A	XVII . KAL . NOV	LVDI	
17	I C B	XVI	LVDI	
18	D C	XV	IOVI . LIBERATORI . C̄M̄ . XXIII	
19	E D	XIII	LVDI . SOLIS	SOL . SCORPIO
20	K F E	XIII	LVDI	DIES . AEGYPTIACVS
21	G F	XII	LVDI	
22	A G	XI	SOLIS . C̄M̄ . XXXVI	
23	A B H	X		
24	C A	IX		
25	D B	VIII		
26	B E C	VII		
27	F D	VI		
28	G E	V		ISIA EVICTIO . TYRANNI
29	C A F	III	ADVENT . DIVI . C̄M̄ . XXIII	ISIA
30	B G	III	LVDI . VOTIVI	ISIA
31	C H	PRIDIE	LVDI	ISIA

12 c̄m̄ . XXIII om. RB.
 15 ad nixas VR, adnixus B.
 30 votibi VR.

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

OCTOBER

dies XXXI.

Dietus a numero. Vocatur apud Hebraeos Maresuan, apud Aegyptios Faofi, apud Athenienses Boedrominion, apud Graecos Yperbereteos.

1 KALENDAE		tempestatem
2 VI NONAS		
3 V NONAS		
4 IIII		tempestatem
5 III		ut supra
6 II	Iudi	aquilo
7 NONAE	Iudi	
8 VIII IDVS		
9 VII		
10 VI		interdum pluvia
11 V		
12 IIII		
13 III		auster et pluvia
14 II	natalis Virgillii	
15 IDVS		
16 XVII KALENDAS NOVEMBRIS		
17 XVI		
18 XV		
19 XIII		tempestatem significat
20 XII		
21 XI		
22 X	natalis Valentiniani purpurae	
24 VIII		
25 VII		tempestatem significat
26 VI		
27 V		interdum frigus
28 IIII		ventosus dies
29 III		tempestatem
30 II		ut supra
31 I		

praef. dies XXXI post numero C athinienses C.

15 idus om. C.

16 xviii C.

18 xn] u C^a.

20 xiii om. C.


26 tempestatem significat *deleto* voc. significat *in tempus mutat* C.

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS NOVEMBER

habet dies XXX.

1	D	D	A	KAL · NOV	EX · SENATO · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII	S · L	ISIA
2		E	B	III · NON	TER · NOVENA	DIES · AEGYPTIACVS	
3		F	C	III	HILARIA		
4	E	G	D	PRIDIE			
5		A	E	NON			
6		B	F	VIII · IDVS			
7	F	C	G	VII			
8		D	H	VI	$\overline{\text{N}}$ · NERVAE · ET · CONSTANTII · $\overline{\text{CM}}$ · XLVIII		
9		E	A	V	LVDI · VOTIVI		
10	G	F	B	III			
11		G	C	III			
12		A	D	PRIDIE	LVDI · PLEBEI	SENATVS · LEGITIMVS	
13	H	B	E	IDIB	IOVIS · EPVLVM · $\overline{\text{CM}}$ · XXX		
14		C	F	XVIII · KAL · DECEMBR	LVDI		
15		D	G	XVII	LVDI		
16	I	E	H	XVI	PLEBEI · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII		
17		F	A	XV	$\overline{\text{N}}$ · VESPASIANI · $\overline{\text{CM}}$ · XXIII		
18		G	B	XIII			
19	K	A	G	XIII		SOL · SAGITTARIO	
20		B	D	XII			
21		C	E	XI			
22	A	D	F	X			
23		E	G	IX			
24		F	H	VIII	BRVMA	DIES · AEGYPTIACVS	
25	B	G	A	VII	LVDI · SARMATICI		
26		A	B	VI	LVDI		
27		B	C	V	LVDI		
28	C	C	D	III	LVDI		
29		D	E	III	LVDI		
30		E	F	PRIDIE	LVDI		

- 1 senatu *corr.* in senato V s(enatus) l(egitimus) sic *VRB.*
 8 constanti *RB.*
 9 votibi *VR.*
 13 aepulum V.
 19 sol sagittario ad 17 R. sagitarii V.

POLEMIUS SILVIUS

p. Chr. 448/449.

NOVEMBER

dies XXX.

Dictus a numero. Vocatur apud Hebraeos Cislau, apud Aegyptios Atur, apud Athenienses Penespion, apud Graecos Dios.

1	KALENDAE		
2	III · NONAS		hiemat cum pluvia
3	II		
4	I		
5	NONAE		
6	VIII IDVS	natalis Iuliani	
7	VII		hiemat
8	VI	natalis Nervae	tempestas
9	V		ut supra
10	IIII		interdum rorat
11	IIII		
12	II		
13	IDVS		
14	XVIII KALENDAS DECEMBRIS		
15	XVII		
16	XVI		aquilo
17	XV	natalis Vespasiani	aquilo cum pluvia
18	XIIII		tempestas
19	XIIII		aquilo frigidus
20	XII		
21	XI		hiemat
22	X		tempestas
23	VIIII		
24	VIIII		bruma
25	VII		
26	VI		
27	V	Iudi	
28	IIII		
29	IIII	ut supra	
30	II		auster cum pluvia

praef. d XXX post numero C athinienses C.

8. 18. 22 tempus C.

10 rurcat C.

17 qui locum C; aquilo, interdum auster cum pluvia *Columella*.

PHILOCALVS

p. Chr. 354.

MENSIS DECEMBER

habet dies XXXI.

1	D	F	G	KAL · DECEMB	SARMATICI · C̄M · XXIII
2		G	H	III · NON	INITIVM · MVNERIS
3		A	A	III	SENATVS · LEGITIMVS
4	E	B	B	PRIDIE	MVNVS · ARCA DIES · AEGYPTIACVS
5		C	C	NON	MVNVS · ARCA
6	F	D	D	VIII · IDVS	MVNVS · ARCA
7		E	E	VII	
8		F	F	VI	MVNVS · KANDIDA
9	G	G	G	V	
10		A	H	III	
11		B	A	III	SEPTIMONTIA
12	H	C	B	PRIDIE	LVDI · LANCIONICI
13		D	C	IDIB	LVDI SENATVS · LEGITIMVS
14		E	D	XIX · KAL · IAN	LVDI DIES · AEGYPTIACVS
15	I	F	E	XVIII	N̄ · DIVI · VERI · C̄M · XXIII
16		G	F	XVII	LVDI
17		A	G	XVI	LVDI SATVRNALIA
18	K	B	H	XV	LANCIONICI · C̄M · XXIII SOL · CAPRICORNO
19		C	A	XIII	MVNVS · ARCA
20		D	B	XIII	MVNVS · KANDIDA
21	A	E	C	XII	MVNVS · ARCA
22		F	D	XI	
23		G	E	X	MVNVS · ARCA
24	B	A	F	VIII	MVNVS · CONSVMMAT
25		B	G	VIII	N̄ · INVICTI · C̄M · XXX
26		C	H	VII	
27	C	D	A	VI	
28		E	B	V	
29		F	C	III	
30	D	G	D	III	N̄ · DIVI TITI · C̄M · XXIII
31		A	E	PRIDIE	MAGISTRATI · IVRANT

Ex inscriptione prior pars cum pictura perit in A; superest DIES · XXXI.

1 sarmatici V.

2 inicium V.

3 legimus A.

4 archa B et sic semper, item hic nec vero deinceps R; AEGIP̄ sive AEGIPT̄ A.

8 candida RB.

18 capricorni ad 18 AV, capricornio ad 18 B, capricorno ad 19 B.

20 candida B.

24 consumat AV.

30 em. XXIII AVR, om. B.

POLEMIVS SILVIVS

p. Chr. 448/449.

DECEMBER

dies XXXI.

Dictus a numero. Vocatur apud Hebraeos Tebet, apud Aegyptios Cine, apud Athenienses Memacterion, apud Graecos Apelleos.

1	KALENDAE	
2	III · NONAS	
3	II	
4	I	
5	NONAE	
6	VIII IDVS	tempestas
7	VII	interdum auster et rorat
8	VI	
9	V	
10	IIII	
11	IIII	interdum pluvia
12	II	Septimontium
13	IDVS	hiemat
14	XVIII KALENDAS IANVIARIAS	
15	XVIII	natalis Veri
16	XVII	tempestas
17	XVI	feriae servorum
18	XV	
19	XIIII	
20	XIII	
21	XII	
22	XI	
23	X	tempestas
24	VIII	
25	VIII	natalis domini corporalis
26	VII	natalis sancti Stephani martyris
27	VI	
28	V	natalis Titi
29	IIII	
30	IIII	
31	II	ut supra

praef. dies XXX (*sic*) post numero C athinienses C.

6 tempus C.

12 septemontium C.

14 VIII pro XVIII C.

15 VIII C tempestatem C.

16—23 om. C^a.

19 x quartus C.

23 tempus C.

25 solosticium C.

28 tempus C.

FRID · NON · NOV · — XV K · DEC · (Nov. 4—17).

ARV.	MAFF.	AMT.	ANT.	RVST.	PHIL.
4	omissi	lúd(i) pleb(ei) com(mittuntur) HS DC		
5	omissi	lúdi		
6 . . .	ludi	ludi	lúdi		
7 . . .	ludi	ludi	lúdi		
8 . . .	ludi	ludi	lúdi		
9 l[udi]	ludi	ludi	lúdi		
10 . . .	ludi	ludi	lúdi		
11 . . .	ludi	ludi	lúdi		
12 ludi	ludi	ludi	lúdi		
13 feriae Iovi (<i>inter add. poster.</i>), Iovi epul(am)	epul(um) indiet(um)	ludi	epulum indicitur	Iovis epulum	Iovis plebei Iovis epulum; c(ircenses) m(issus) XXX
14 equorum probatio	equor(um) prob(atio)	equor. [pro]batio	equor. prob.		ludi
15 in circ(o)	lud(i) pleb(ei) in circ(o)	lud(i) in circ(o)	in circ.		ludi
16 in circ(o)	in circ.	[lu]di in circ(o)	in circ.		plebei; c(ircenses) m(issus) XXIV
17 in cir[co]	in circ.	[lu]di in circ(o)	in circ.		

Ludi plebei post Romanos magnos antiquissimi et honoratissimi instituti sunt a. u. c. 534. Primum eorum diem fuisse arbitror Nov. 15 propter easdem causas, quas exposui in ludis Romanis. Saeculo quarto redacti sunt ad quinque dierum spatium item exemplo Romanorum.

VIII ID · NOV (Nov. 6).

Agrippinae Iul(iae) natalis ANT.

Nata Agrippina Iulia ex Germanico et Agrippina seniore a. p. Chr. 16 (Eckhel 6, 255) Claudioque a. 49 nupta interfecta est a. 59 a filio Nerone. Diem habent etiam acta Arvalium a. 58 Nov. 6.

ID · NOV (Nov. 13). — N^o

Feriae Iovi (*inter add. posteriora*). Iovi epulum ARV. Epul(um) indiet(um) MAFF. Epulum indicitur ANT. Iovis epulum RVST. PHIL. — Ludi errore AMT.

Feriae Iovi sunt idules (supra p. 298). Hoc die quod celebratur proprie dicitur epulum vel Iovis epulum (cf. *Röm. Forsch.* 2, 45), inter summae laetitiae dies vel tertio saeculo numeratum testibus et fastis supra relatis et auctore vitae Alex. c. 37. Alterum Iovis epulum, id quod id. Sept. inter ludos Romanos scaenicos circensesque celebratur, similiter atque hoc interponitur inter ludos utriusque generis plebeios, magis Minervae quam Iovis fuisse videri supra docui (ad Sept. 13). Institutum hoc videtur esse una cum ipsis ludis plebeis, id est anno u. c. 534; memoratur inde ab anno 541 (Liv. 25, 2). Indictum autem quod vocatur, minime impedit, quominus dii Capitolini stato die anno epulati sint; haec enim indictio non ideo fit, ut dies antea incertus definiatur, sed ut receptae convivarum invitandorum consuetudini satisfiat. Ceterum quamquam fasti Antiatini parum fidi alio ducunt, mihi persuasum est hoc die non indictum esse epulum (cf. Arnob. 7, 32: *Iovis epulum cras est*), sed celebratum, cum praesertim idus omnes Iovi sacrae sint nec recte postridie idus cena videatur collocari.

ID · NOV (Nov. 13) N^o potius quam XVIII K · DEC (Nov. 14) c.Feroniae in [cu]mp(o) ARV. (*inter add. posteriora*).

Hinc demum didicimus Feroniam deam in ipsa urbe publicae cultam esse; nam inde id non efficitur, quod a. u. c. 537 libertinae pecuniam contulerunt, unde Feroniae donum daretur (Liv. 22, 1). Adnotationem hanc et sequentem magis videri pertinere ad idus quam ad diem postridianum monuit Kluegmannus apud Henzenum Arv. p. 240.

EODEM DIE

Fortunae prim(igeniae) in [olle] ARV. (*inter add. posteriora*).

De hoc sacro vide ad Apr. 5.

XVI K · DEC (Nov. 16). — c

Natalis Ti. Caesaris. Supplicatio Vestae FER. CIVM. — Ti. Aug(usti) natal(is) ANT.

Natus est Tiberius a. u. c. 712; diem praeter fastos habent Suet. Tib. 5 et Dio 57, 18. Silentio eum praeteriri in fastis Amiterinis incis paulo post a. p. C. 16 supra p. 206 explicavi ex modestia, qua initio imperii usus est Tiberius; postea vero et ipsum in fastos relatum esse praeter Antiatinam tabulam Suetonius l. c. testatur. — Asianorum mensis secundus (cf. ad Sept. 23) Oct. 24 — Nov. 22 propterea dicitur est Τιβέριος, quod in eius mensis diem 24 natalis eius incidit. In Cypro insula a. p. Chr. 29 feriae celebratae sunt τῆς ἡμετέρας Τιβέριου (ἔτους) ἐξ' Ἀπογονιστοῦ κα' (Lebas-Waddington 2773), scilicet die eodem, nam annum Asianum Cyprii ita receperunt, ut mensium nomina mutarent.

XIV—XII K · DEC (Nov. 18—20).

ARV.	MAFF.	AMT.	ANT.
18 mer[k.]	merk.	[me]rk.	mercatus
19 mer[k.]	merk.	[me]rk.
20	merk.

VIII K · DEC (Nov. 24).

Propter brumam vide supra p. 287.

VII K · DEC — K · DEC (Nov. 25 — Dec. 1).

PHIL.	SILV.
Nov. 25 ludi Sarmatici	
26 ludi	
27 ludi	ludi
28 ludi	
29 ludi	ut supra
30 ludi	

Dec. 1 Sarmatici; c(ircenses) m(issus) XXIV

Victoriae Sarmaticae licet celebrentur in titulis nummisve complurium imperatorum saeculi secundi et tertii, tamen ludos hos pariter atque Alamannicos Gothicos Francicos rettulerim ad Constantinum Magnum, qui et ipse Sarmaticus maximus appellatur in titulis (C. I. L. VIII, 8412, 8477. XI, 5265) Sarmaticamque devictam praedicat in nummis (Eckhel 8, 87. 101. 107) cuspis probabiliter propter victoriam a. 332. — Cf. Iul. 27.

K · DEC (Dec. 1). — N

Neptuno Pietati ad circ(um) Flamin(ium) AMT.

Neptuni aedem in circo Flaminio dedicavit Cn. Domitius (Becker top. p. 619; Preller myth. 2^a p. 124), Pietatis in foro holitorio M. Acilius Glabrio a. 573 (Becker top. p. 602). Ad eandem videtur

sacrum pertinere factum Sept. 23. — Sacrificia Neptano Veneri Amphitritae Saturno Fortunae respicienti (ἐφέστῳ) Pudicitiae Amori hoc die oblata esse scribit Lydus fr. Caseol. p. 117. — De ara Fortunae muliebri hac die constituta vide supra ad Iul. 6.

IV NON · DEC ·	(Dec. 2)	initium muneris	} PHIL.
PRID · NON · DEC ·	(Dec. 4)	munus arca	
NON · DEC ·	(Dec. 5)	” arca	
VIII ID · DEC ·	(Dec. 6)	” arca	
VI ID · DEC ·	(Dec. 8)	” kandida	
XIV K · IAN ·	(Dec. 19)	” arca	
XIII K · IAN ·	(Dec. 20)	” kandida	
XII K · IAN ·	(Dec. 21)	” arca	
X K · IAN ·	(Dec. 23)	” arca	
IX K · IAN ·	(Dec. 24)	” consummat	

Tacit. ann. 11, 22 ad a. p. Chr. 47: *P. Dolabella censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum esse pecunia eorum, qui quaesturam adipiscerentur.* Suet. Claud. 24: (Claudius) *collegio quaestorum pro stratura viarum gladiatorum munus iniunxit.* Nero deinde a. p. Chr. 54 senatui petenti concessit, *ne designatis quaestoribus edendi gladiatores necessitas esset* (Tac. ann. 13, 5). At quaestoria munera postquam revocavit Domitianus (Suet. Domit. 4), exinde manserunt (cf. Symmach. ep. 2, 81, 4, 8). Severus Alexander (vit. c. 43) postea *quaestores candidatos ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed ita ut post quaesturam praeturas acciperent et inde provincias regerent; arcarios vero instituit, qui de arca fisci ederent munera eademque parviora.* Duo igitur genera quaestorum ea aetate erant, candidatorum, qui de sua pecunia ludos edebant et cursum legitimum honorum ita inchoabant, et arcariorum, qui cum ludos ederent de pecunia publica, ius honorum inde sibi parabant nullum (cf. *Staatsrecht* 2^o, 530, 534). Unde postea distinguitur editio muneris arcae a locupletiore muneris candidae; cuius locutionis Valesius ad Amm. 27, 3, 6 Ducangiusque in glossario s. v. citant locos Rufini in interpretatione Latina Basilii sermonis in Lucae verba *destruam horrea mea* (Graeca non habent quae respondeant) apud Basilium ed. Migne vol. 3 p. 1748: *praeparemus nova et praeclearissima munera: edamus primam editionem candidam in vestitu et indumentis nudorum; secundam vero non minus nobilem fessas et perantias animas reparemus; tertiam nihilo minus editionem famosissimam praeparemus* cet.; et actorum Bonifatii martyris (Acta Sanct. ad Mai. 14 p. 281) de Aglae matrona Romana: *haec ter candidam egerat apud urbem Romam ex praefectura; et actorum Eleutherii martyris* (Acta Sanct. ad Apr. 18 p. 530) patrem Eleutherii *virum illustrem nomine Eugenium tertio candidam Romae dedisse; et actorum Seraphiae et Sabiniae* (Acta Sanct. ad Aug. 29 p. 500): *filia Herodis quondam metallarii quae sub Vespasiano ter in urbe Roma candidam dedit Romanis.* — Quaestores designati cum munus ederent, factum est, ut initium muneris figeretur ad dies proxime praecedentes nonas Decembres, quo die scilicet magistratum inibant (*Staatsrecht* 1, 605). Semel tantum in anno munus statum editum esse ostendunt fasti confirmatque enarrator vitae Alexandri l. c., hunc in animo habuisse testatus, ut munera per totum annum dispersa per XXX dies populo daret. Ausonius item (de feriis 33) gladiatores ait in foro pugnare extremo Decembri; cum Saturnalibus (Dec. 17—23) munera et idem coniungit et Lactantius (inst. 6, 20, 35). Similiter Iulianus (vide ad Dec. 25) post anni (naturalis scilicet a bruma ad brumam) mensem extremum Saturno sacrum celebrari ait natalem Solis: *μὲθ' ἐν οὐδὲν θέμις ἂν ἡ τελευταίος μὲν ἔχει συνδροπῶν μὲν, ἀναγκαίων δ' ἕμους ἐπιτελεσθῆναι θευμάτων*, plane ut secundum fastos Philocalianos munus consummatur die eo, qui et Saturnalium extremus est et proxime praecedit natalem Solis. Iidem ostendunt munera edi per mensis Decembris dies decem non continuos candidas duas, arcas sex; primus extremusque utrius generis fuerit, non indicatur, sed alterum utrum candidam fuisse indicant loci supra relati quaestores testantes ter candidam edidisse. Eam honoratiorem fuisse quam arcas confirmant acta Sancti Ignatii (c. 7 p. 14 Ruinart)

bestiis obiecti die XIII k. Ian., quae putabatur *sollemnis dicta apud Romanos tertia decima, secundum quam studiosse convenerant.* Cf. Friedlaender in enchir. 6, 556.

VI ID · DEC · (Dec. 8). — c

Tiberino in insula AMIT.
Vide Portualia Aug. 17.

IV ID · DEC · (Dec. 10). — c

Tr(ibunus) [plebis magistratum ineunt] PRAEN.

III ID · DEC · (Dec. 11). — N^o

AG(ONIA) IN AMIT.; AGON(IA) MAFF. PRAEN. ANT. — Septimontia PHIL. — Septimontium GVIDIZZ. SILV. (hic errore ad Dec. 12).

Fest. p. 340: [Septimontium dies appellatur mense [Decembri, qui dicitur in fastis agonalia. Ita recte suppluisse Scaligerum probant cum hemerologia saeculi quarti tum Lydus fr. Caseol. p. 118 ed. Bekk., quamquam errore adnotans ea ad Dec. 2: ἐπετέλουσθαι δὲ καὶ ἐορτὴν λεγομένην Ἰγλυ[ν] ἄλλια διαφρηφῆσθαι καὶ γενάρχη Ἰγλυ . . . ἐν ταύτῃ καὶ ἡ λεγομένη πα[ρὰ αὐτῶν Σεπτι]μοῦνθιας ἐορτὴ ἐπιτελεῖτο, τούτῃσθαι ἢ περιόδῳ τῆς πόλ[εως]. Accedit quod mensi Decembri ante brumam Septimontium adsignat Palladius 13, 1 (cf. Colum. 2, 10, 8). Errore autem Od. Mueller (ad Fest. l. c.) ex Varro de l. L. 6, 24 effecit Septimontium fuisse post Dec. 23; immo Varro post explicata quae in fastis reperisset nomina dierum subicit ibi tantum appendiculam quandam diem Septimontium et ipsum certi nominis nec tamen in fastos relati. In iis ad agonium vise agonalium generale vocabulum determinativum alterum adiciunt Amiterini In . . . componendum cum Liberal(ibus) agon(is) diei Mart. 17, nisi quod illud quomodo explicetur non liquet. Ad id explendum offert sese Inui vetustum nomen et obscurum, quod antiquarii ab ineundo declinatum putant et nescio quibus rationibus moti Graecorum Pani comparant; sed ab incertis coniecturis abstinendum, cum praesertim ne nomen quidem, cui Septimontium proprie dedicatum fuit, nobis notum sit. Celebratum esse Septimontium Varro scribit propter additum urbi quae tum fuit septimum collem (Varro l. c. 5, 41, 6, 24; Plutarch. q. Rom. 69; Lyd. de mens. p. 118 Bekk.; cf. *Staatsrecht* 3, 113); at inde non multum proficimus. Inter montes, quibus sacrum fit Septimontio, primum locum obtinet Palatinus, cui sacrificium quod fit Palatium dicitur (Festus s. v. p. 348). Sacerdotem qui facit inter flamines collocat Varro de l. L. 7, 45 significans flaminem Palatium cognomen traxisse a diva Palatia et Festus p. 245: *Palatialis flamen constitutus est, quod in tutela eius deae Palatium est.* Iam vero duo tituli Mevanas nondum editus (prohibet C. XI, 5031) et Thysdritanus (C. VIII, 10500) inter sacerdotia equestria aetatis imperatoriae nominant *pontificem Palatium*. Pontifex (cf. Cicero de leg. 2, 8, 20: *divis omnibus pontifices, singulis flamines sunt*) hic est vetustissima urbis Palatinae de loco delectus, postquam res publica Romae quadratae sui iuris esse desit, et translatus inter flamines populi Romani.

PRID · ID · DEC · (Dec. 12). — EN

Conso in Aventin(o) AMIT.

Ibidem sacrificium fit in feriis Consualium utrisque Aug. 21 et Dec. 15.

PRID · ID · DEC · — XV K · IAN · (Dec. 12—18).

PHIL.

- 12 Iudi Lancionici
- 13 Iudi
- 14 Iudi
- [15 natalis divi Veri; circenses missus XXIV]
- 16 Iudi
- 17 Iudi
- 18 Lancionici; circenses in(issus) XXIV

Lancionum neque populum ego novi ullum neque suppetit alia de nominis origine probabilis coniectura.

ID · DEC · (Dec. 13). — N^o

Tel[luri] ANT. — [Telluri et Cere]ri in Carinis. Aedi[les] . . . et lectisternium e lec[tis] . . . faciunt, quos) maniceps praestat PRAEN.

Iduum Dec. die cum Antiatini fasti licet laceri et ipsi tamen certo ostendant Telluri sacrificium factum esse, eodem rettuli cum Prae-

nestinorum fragmentum supra relatum, quod cuius diei sit praeterea non constat, tum locum Arnobii 7, 32: *lectisternium Cereris erit idibus proximis; habent enim dii lectos atque ut stratis possint mollioribus incubare, pulvinorum tollitur atque incitatur impressio*. Nam fastorum Praenestinatorum frustulum illud agit omnino de sacrificio oblato in aede Telluris in Carinis a. u. c. 486 a P. Sempronio Sopho dedicatea (Becker top. p. 524). Locus autem Arnobii videtur pertinere ad id ipsum cuius mentionem faciunt l. c. fasti Praenestini sacrificium; neque obstat quod Telluris aedes in his nominatur, apud Arnobium sacrificium Cereris, cum Tellus et Ceres simul fere invocentur (cf. Fab. Pictor apud Serv. georg. 1, 21: *flamen sacrum Cereale faciens Cereri et Telluri*; Varro apud Non. p. 163: *porca praecidaneae suscipienda Telluri et Cereri*), fierique potest, cum Arnobius statim pergat: *Telluris natalis est*, ut idem sacrificium bis memoraturus propter sermonis varietatem solum Telluris Cererisque vocabula alternarit. Denique de iduum die Arnobio convenit cum fastis Antiatinis; nec praeterea ullis quod sciam idibus in urbe Ceres culta est. Nam quem attulit Marinius (Arv. p. 139 n. 24) Plinii locum ep. 9, 39 de aede Cereris in praediis ipsius dedicata id. Sept., nequaquam is pertinet ad fastos urbanos. — Lectisternium statum annum religionis privatae memorat titulus Comensis C. V, 5272: *lectisternium tempore parentalior(um) ex (denariis) CCC memoris eiusdem . . . et . . . fil(i) eius per offic(um) tesserarior(um) quodammodo ponatur et parentetur et post alia: quodammodo die . . . natalis eius ante statuum lectist(ernium) (denariis) CCL ponant*. Publicum hoc novimus solum; praeterea enim quae eius nominis epula commemorantur, fiunt ex indictione (cf. Marquardt 6, 45 seq.). Solet autem de his quoque adnotari, quot in singulis epulis lecti stantur (Liv. 5, 13, 22, 10. Dion. 12, 9).

XVIII (ante Caes. XVI) K · IAN · (Dec. 15). — N^o

CONS(VALIA) MAFF. PRAEN. AMT. ANT. — Ferae Conso PRAEN. AMT. — [Qui et [mul]i floribus coronantur] | quod in eius tu[tele]

. . . | itaque rex equo [vestus] . . . PRAEN.

Tu[tele] posui commentatum a Wissowa. Dion. 1, 33: *ἐν ἡ (feris Consualium) παρὰ Ῥωμαίους ἐξ ἑθῶν ἑλκόντων ἔργων ἴπποι καὶ ὄρεσις καὶ στέφονται τὰς κεφαλὰς ἄνθεσιν*. Idem Plutarch. q. R. 48, ex Varrone uterque. Fest. ep. p. 148: *multis celebrantur ludii in circo maximo Consualibus, quia id genus quadrupedum primum putatur coeptum curru vehiculoque adiungi*. Quomodo Verrius hunc morem interpretatus sit, ignoramus, quamquam apparet in ea re partes aliquas habuisse regem sacerorum. Ceterum vide Consualia priora die Aug. 21.

XVIII K · IAN · (Dec. 15).

Ara Fortunae dedicata, v. Oct. 12.

XVI (ante Caes. XIV) K · IAN · (Dec. 17). — N^o

SATURNALIA MAFF. AMT. GUIDIZZ. RVST. PHIL. — Ferae Saturno MAFF. AMT. Saturno ad fo[rum] AMT. Ferae servorum SILV.

Varro 6, 22: *Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die feriae eius*. Macrob. 1, 8, 1: *Tullium Hostilium cum bis de Albanis, de Sabinis tertio triumphasset, invenio fanum Saturno ex voto consecravisse et Saturnalia tunc primum Romae instituta, quamvis Varro l. VI, qui est de sacris aedibus, scribat aedem Saturni ad forum faciendam locasse L. Tarquinium regem, T. vero Larcium dictatorem (a. 253) dedicasse*. Liv. 2, 21 ad a. 257: *aedis Saturno dedicata, Saturnalia institutus festus dies*. Dion. 6, 1. Fest. v. Saturno p. 325. Populares epulationes, quibus postea Saturnalia celebrabantur, accesserunt demum a. u. c. 537 ex oraculo Sibyllino ad Graecum ritum reformatis Saturnalibus (Liv. 22, 1). Quo facto comissionibus epulisque a primario die prorogatis in sequentes Saturnalia ita creverunt, ut vel ante aetatem imperatoriam quodammodo per dies septem (Dec. 17—23) celebrarentur (Novius apud Macrob. 1, 10, 3; Cicero ad Att. 13, 52, 1). Cui consuetudini aliquatenus obsecutus Augustus dum iudiciorum statum legibus ordinat, Saturnalibus ferias servari iussit per triduum (Macrob. 1, 10, 4, 23), quae feriae imperantibus Gaio et Claudio ad quinque dies pervenerunt (Suet. Gai. 17. Dio 59, 6, 60, 25. Martial. 14, 72, 79). Quod rettulit Macrob. (1, 10, 2) aucto per C. Caesarem anno dieque Saturnalium mensis Decembris

I

decimo septimo ex a. d. XIV k. appellato a. d. XVI k. Ian., antiqua autem illa appellatione ad diem Dec. 19 translata, alios Saturnalia agitavisse iusto die Dec. 17, alios antiquum nomen secutos die Dec. 19, ut per se probabile est (v. p. 288), ita quod inde repetit Saturnalium ferias triduanas, vix recte posuit; certe consuetudo vetusta Saturnalium per dies complures celebrandorum vel sola satis explicat, cur trimum dierum ferias Saturnalibus attribuerit Augustus. Hoc certum est vera Saturnalia etiam sub imperatoribus non fuisse nisi diei unius testibus tam Festo (v. quinquaginta p. 254) quam hemerologiis omnibus, ea autem quae de tribus vel quinque Saturnalium diebus legitimis supra rettulimus, ad ferias iudicarias potissimum pertinere.

XV K · IAN · (Dec. 18).

Epone GUIDIZZ.

Menologium Guidizzolense, quod hunc diem festum refert, fortasse pertinet ad regionem eam solam, unde prodiit. Titulus repertus in vico Helvetiorum Saloduro (inser. Helv. 219 = C. I. L. XIII, 5170) *deae Eponeae ma[gnae] vel ma[tr]i] dedicatus est a. 219 die XIII k. Sept. = Aug. 18*.

XIV (ante Caes. XII) K · DEC · (Dec. 19). — N^o

OPAL(IA) MAFF. AMT. — Ferae Opi. Opi ad forum AMT.

Varro 6, 22 *Opalia (feriae) Opi*. Fest. ep. p. 184: *Opalia dicebantur dies festi, quibus Opi supplicabant (quorum alter . . . adiungunt. Festi schedae Pomponianae p. 185). Macrob. 1, 10, 19 postquam exposuit Saturnalibus iam ad triduum extractis comprehendi diem Opalium proprie Saturno pariter et Opi adscriptum (hoc enim voluit, quamquam non sine errore rem explicavit) ita pergit: hanc deam Opem Saturni coniugem crediderunt, et ideo hoc mense Saturnalia itemque Opalia celebrari, quod Saturnus eiusque uxor tam frugum quam fructuum repertoires esse creduntur itaque omni iam fetu agrorum coacto ab hominibus hos deos coli. Aedes Saturni quamquam ab Ope nomen alterum non habuit (titulum enim Orell. 1506 = C. VI, 3240^o Gutenstanianum recte condemnauerunt Henzen Arv. p. 240 et Jordan eph. epigr. 3, 68), nihilominus Opi quoque ibidem sacrum factum est; nam ad forum omnino intellegendum de aede Saturni. Non longe inde in vico ingario ara Opis Augustae dedicata est a. p. Chr. 7 die Aug. 10 (vide ad h. d.). Negat Anstius de aed. sac. p. 40 nuntii *συνέση* in fastis adscribi posse proprium sacrum flagitans propterea alteram aedem Opi propriam a Saturni diversam; at ut die Cerialium sacrum fit secundum fastos Cereri Libero Liberae, ita sacrum bidui Dec. 17. 19 tamquam pro eodem habitum est ita, ut priore die sacrum fieret Saturno ad forum, posteriore Opi ad forum*.

XII (ante Caes. X) K · IAN · (Dec. 21). — N^o

DIVA(LIA) MAFF. PRAEN. — Ferae diva[Angeronae, quae ab anginae morbo] appellatur, quod remedia eius quondam] praecepit. Statuerunt eam ore obligato] in ar[Voluptiae, ut qui no]sset n[omen] ocul[um] urbis, taceret. S]unt tamen, [qui steri id sacru]m aiunt ob an[num novum; man]ifestum esse [enim principiu]m [a]n[im]i nov[is] PRAEN.

Varro 6, 23: *Angeronalia ab Angerona, cui sacrificium fit in curia Aculeia et cuius feriae publicae is dies*. Plin. h. n. 3, 5, 65, qui locus secundum indicem petitis videtur ex Verrio Flacco: (Romae) *nomen alterum dicere [nisi] arcanis caerimoniarum nefas habetur; . . . non alienum videtur inserere hoc loco exemplum religionis antiquae ob hoc maxime silentium institutae; namque diva Angerona, cui sacrificatur a. d. XII k. Ian., ore obligato obsignatoque simulacrum habet*. Inde pendet Solinus c. 1. Macrob. sat. 1, 10: *XII (k. Ian.) feriae sunt divae Angeroniae, cui pontifices in sacello Voluptiae sacrum faciunt; quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores ac sollicitudines animorum propitiata depellat. Masurius adicit simulacrum huius deae ore obligato atque signato in ara Voluptiae propterea collocatum, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant, perveniant patientiae beneficio ad maximam voluptatem. Iulius Modestus ideo sacrificari huic deae dixit, quod populus Romanus morbo qui angina dicitur praemisso voto sit liberatus*. Idem 3, 9, 4 postquam monuit

43

maiores urbis nomen Latinum ignotum esse voluisse, sic ait de numine, in cuius tutela Roma sit: *sunt qui Angeronam* (crediderunt), *quae digito ad os admoto silentium denuntiat*. Festus ep. p. 17: *Angeronae deae sacra a Romanis instituta sunt, cum angina omne genus animalium consumeretur, cuius festa angeronalia dicebantur*. Gloss. Philox. p. 12 Labb.: *Angeronia ἡ θεὸς τῆς βροχῆς καὶ καρῶν*. — Sacellum Volupiae fuit in Palatino ad viam novam (Varro 5, 164; Becker top. p. 114); curia Acculeia praeterea non memoratur. Supplementa quae posui cum pleraque incerta sint, eo commendantur, quod exscriptores Verrii Plinius et Macrobius deae Angeronae silentii praeceptum coniungunt cum urbis nomine occulto. Quae postremo loco effecti ex reliquiis Verrianis, apud antiquos auctores praeterea non reperiuntur; nihilo minus hac demum explicatione arbitror veram numinis naturam patefieri. Nam feriae tantae antiquitatis cum incidant in ipsam brumam, certe non fuerunt alienae ab incipiente diei augmento omnibus gentibus prima aetate vel maxime celebrato. Quod confirmat nomen, nam ut agonalia ab agendo, ita angeronalia dicta sunt ab angerendo, id est ἀπὸ τοῦ ἀναφέρεσθαι τὸν ἦλον. Cf. de simili Aegyptiorum solis natali Plutarch. de Iside c. 52 collato Lepsius *Chronol. d. Aeg.* 1, 192. Denique ne quis suppleat [diem] festum esse, observet apicem vocali e natura brevi non convenientem.

XI K · IAN · (Dec. 22). — C

[*Laribus perna*]rinis in port[icu] M[inu]cia[rum] PRAEN.

Macrobius sat. 1, 10, 10: *XI autem kal. feriae sunt Laribus dedicatae quibus aedem bello Antiochi Aemilius Regillus praetor in campo Martio curandam vocat*. Rem accurate narrat adlata etiam aedis inscriptione Liv. 40, 52; aedes dedicata est a. u. c. 575. Quo loco fuerit, nunc demum patefactum est (cf. Becker top. p. 630); Fogginius enim male supplevit in portu neglectis quae postea sequuntur litteris quae sunt *nuci*. Porticus Minucia (cf. supra Iun. 4) facta est a. u. 644 aliquando post Larum aedem constitutam, ut similiter ad Iovis Iunonisque aedes in circo Flaminio aedificatas post aliquantum temporis porticus adiecti Metellus. Fuisse videtur porticus Minucia prope theatrum Balbi, cf. Becker top. p. 621; Preller reg. p. 168. 251.

X (ante Caes. VIII) K · IAN · (Dec. 23). — N^o

LAR(ENTIALIA) MAFF. PRAEN. — Feriae Iovi. Accae Larentin[ae]]. Hanc alii Remi et Rom[uli] nutriceam, alii meretricem, Hercules scortum [fuisse dicunt]; parentari ei publice, quod p[opulum] R[omanum] he[redem] fecerit magna pecuniae, quam accep[er]at testame[n]to Tarutilli amatoris sui PRAEN.

Varro 6, 23: *Larentinae* (cf. 6, 17 *dies Fortis Fortunae*), *quem diem quidam in scribendo Larentalia appellant, ab Acca Larentia nominatus, cui sacerdotes nostri publice parentant sexto die, qui atra dicitur diem tarentum accas tarentinas* (fortasse scribendum: *stato die, qui ab ea dicitur dies parentalium Accas Larentinas*). *Hoc sacrificium fit in Velabro, qua in Novam viam exiit, ut aiunt quidam ad sepulcrum Accae*. Cf. Gell. 7 (6), 7, 8; Macrobius sat. 1, 10, 11: *X k. feriae sunt Iovis quae appellantur Larentinalia. Ferunt regnante Anco aeditunum Herculis per ferias otiantem deum tesseri provocasse ipso utriusque manum tuente, adiecta condicione, ut victus cena scortoque mltaretur. Victore itaque Hercule illum (sic scribendum pro illam) Accam Larentiam, nobilissimum id temporis scortum, intra aedem inclusisse cum cena, eamque postero die distulisse rumorem, quod post concubitum dei accepisset munus, ne commodum primae occasionis, cum se domum reciperet, offerendae aspernaretur. Evemisse itaque, ut egressa templo mox a Carutio capto eius pulchritudine compelleretur: cuius voluntatem secuta adsumptaque nuptiis post obitum viri omnium bonorum eius facta compos, cum decederet populum Romanum occupavit heredem. Et ideo ab Anco in Velabro loco celeberrimo urbis sepulta est, ac sollemne sacrificium eidem constitutum, quo dis Manibus eius per flaminem sacrificaretur, Iovique feriae consecratae, quod aestimaverunt antiqui animas a Iove dari et rursus post mortem eidem reddi. Cato autem Larentiam meretricio quaestu locupletatam post excessum suum populo Romano agros Turacem Semurium Lintirium et*

Solinium reliquisse, et ideo sepulcri magnificentia et annuae parentationis honore dignatam. Macer historiarum libro primo Faustuli coniugem Accam Larentiam Romuli et Remi nutriceam fuisse confirmat. Hanc regnante Romulo Carutio cuidam Tusco civiti devotam auctantque hereditate viri, quam post Romulo, quem educasset, reliquit; et ab eo parentalia diemque festum causa pietatis statutum. Locum integrum apposui, ut apparet Praenestinos fastos descendere ex eiusmodi commentariis, quales hoc loco exscripsit Macrobius, sive Verrii Flacci hi fuerunt (cf. p. 363) sive alius cuiusvis grammatici. Reliquos qui huc pertineant locos congressit Schweglerus 1, 375. 431 seq. 2, 46. Amatori postea coniugi meretricis nomen est Tarutii (Ταυρῦστius; Plutarch. Rom. 5 et q. Rom. 35; Tarutius Augustin. c. d. 6, 7; Carutius Macrobi. l. c.); pro quo in fastis Praenestinis errore quadratarii est TARUTILL. De sepulcro Larentinae in Velabro cf. Becker top. p. 492. Ferias has Larentalia appellant antiquiores Varro et Ovidius (fast. 3, 57), Larentinalia recentiores Macrobius et Lactantius 1, 20; nam Larentia Festi (v. popularia sacra p. 253) omnino diversa sunt et meo iudicio eadem atque Compitalia (cf. Jan. 3). De origine Larentialium ipsiusque Larentinae indole ac natura parum constat. Perique hodie Larentinam aliqua ratione coniungunt cum Laribus, recte fortasse, sed certe sine auctore antiquo, neque satis sic adsequimur, cur feriae hae Iovi sacrae sint, Larentinae autem eo die publice parententur.

VIII K · IAN · (Dec. 25).

N(atalis) Invicti; c[ircens]ens m[issus] XXX VIII.

Iulianus or. 4 p. 156 Spanhem.: *πρὸ τῆς νεμεμῆρας* (intellege natalis anni a bruma initium) *εὐθείας μετὰ τὸν τέλευταῖον τοῦ Κρόνου μῆνα ποσῶμεν ἡλίου τὸν περιφανέστατον ἀγῶνα, τὴν ἑστῆν Ἡλίου καταφθμισάντες Ἀνεστήτω . . . , τοῖς Κρονίους ὄσσι τέλευταίους* (Saturnalia intellege sensu latiore Dec. 17—23) *εὐθείας συνάπτει κατὰ νόμον τὰ Ἡλια.* Corippus de laud. Iust. min. 1, 314 seq. exponit *Solis honore novi grati spectacula circi antiquos patres sauxisse itaque non rite coluisse Christum, esse deum Solem recta non mente putantes; sed Christo in terram misso errorem intellectum esse: tunc munere Solis adempto principibus delatus honor minusque Latinis et iucunda novae circensia gaudia Romae*. Item auctores ecclesiastici saepe respiciunt ad antiquiorem hanc natalis Christi appellationem: ita Augustinus serm. 190 (ed. Benedict. 5 p. 892) gloriatur habere *Christianos sollemnem istum diem non sicut infideles propter hunc solem, sed propter eum qui fecit hunc solem*; ita scriptor homiliae in S. Lucam de nativ. Ioannis Bapt. (editae in opp. Chrysostomi Latine versis Paris 1588 tom. 2 p. 1088) appellari eum diem ait *invicti natalem et Solis natalem*; ita Leo Magnus serm. 21 (2 de nat. dom.) c. 6 eos increpat, *quibus haec dies non tam de natiuitate Christi, quam de novi, ut dicunt, solis ortu honorabilis videtur*; ita Ambrosius (serm. 6 ed. Bened. de nativ. domini init.) sic ait: *bene quodammodo sanctum hunc diem natalis domini solem novum vulgus appellat*. Cf. Varro 6, 8: *tempus a bruma ad brumam vocatur annus*; Ovid. fast. 1, 163: *bruma novi prima est veterisque novissima solis*; Censorin. 21, 13: *aliis a novo sole id est a bruma — incipere annus naturalis videtur*; Servius ad Aen. 7, 720: *proprie sol novus est VIII k. Ian.* — Propter brumam, quae festivitas vere est Nov. 24, vide supra p. 287. — Natalem Christi cum pristina ecclesia omnino non celebravit, deinde Aegyptiaca secta primum eamque secuti potissimum Orientis Christiani per aliquod tempus celebrarunt epiphaniae die Ian. 6, saeculo quarto demum Romae natalis Solis commutari coeptus est in natalem Christi, quae consuetudo mox et in Occidente universo invaluit et ad Orientem quoque pervenit. Ingenue satis scriptor Syrus (apud Assomanum bibl. Orient. 2 p. 164 allatus a Crednero in commentario mox citando): *causa, inquit, ob quam mutarunt patres sollemnitate[m] die 6 Ian. celebratam et ad diem 25 Decembris transtulerunt, haec fuit: sollemne erat ethnicis hoc ipso 25 Decembris die natalicia Solis celebrare, in quibus accenderunt lumina festivitatis causa. Horum sollemnium et festivitatum etiam Christiani participes erant. Cum ergo animadverteret doctores ad hoc festum propendere Christianos, consilio into statuerunt hoc die*

vera natalicia esse celebranda, die vero 6 Ian festum epiphaniarum. Hic itaque una cum hoc instituto ad diem usque sextum invaluit mos ignium accendendorum. — Rem explicaverunt inter alios Philippus a Turre in monum. vet. Antii p. 219—237, Credner de nataliciorum Christi origine (Illgen *Zeitschrift für die historische Theologie* vol. 3 part. 2 p. 228 seq.), Baur *die christliche Kirche vom 4. bis 6. Jahrhundert* p. 265, nuperrime Usener *religionsgeschichtliche Untersuchungen* praesertim 1, 266 seq. Priorum de natali Invicti opiniones

diversae recensitae a Tillemontio in adnotatione de Constantino Magno undecima post testimonia supra allata refutatione non indigent.

PRID · KAL · IAN · (Dec. 31).

Magistrati iurant *SILV*.

Antiquissima consuetudo magistratus extremo die eurandi etiam sub imperatoribus obtinuit. Cf. *Staatsrecht* 1^o p. XXV.

DIES INCERTI.

inter Jul. 12 et Aug. 18.

... [suppl]catio Iovi ... FER. CIVM.

die incerto

Apollini Laton(ae) ad theatr(um) Marc(elli); Felicitati in cam(po) Mart(io); Iovi stator(i) Ian(oni) reg(inae) ad cir(cum) Flam(inium) *MINOR*. 11.

Apollini aedes extra portam Carmentalem ad theatrum Marcelli

notissima est (Becker top. p. 605); Latonam ibi simul cultam esse praeterea non traditur (cf. *Ephem. epigr.* 8 p. 259). Felicitatem in campo Martio eandem existimat esse Beckerus top. p. 677 ac Felicitatem celebratam in theatro marmoreo prid. id. Aug. Iupiter stator Iunoque regina aedes habebant in porticu Metelli (Becker top. p. 608 cf. p. 618).

MUNICIPALIA ET PRIVATA.

PRID · NON · MART · (Mart. 6).

Ferias ex s. c. quod eo die imp. Caesar August. pont. m[aximus] factus est Quir[inius] et Valgio cos. IIviri ob [eam rem immolant; p]opolus coronatus feriatas [agit] *PRAEN*.

Vide supra p. 311.

III · PRID · ID · APR · (Apr. 11. 12), ut videtur.

[Hoc biduo sacrifici]um maxim[um]; Fortunae prim[is]g(eniae), utro eorum die oraculum patet, IIviri vitulum [immolant] *PRAEN*.

Fortuna Praenestina sortesque eius notissimae sunt; his duobus

diebus sacrificium primum ei offerri et oraculum altero utro eorum patere aliunde non accepimus. Fuisse autem oraculum eo ipso loco religiose saepe, unde sortes primum ex silice erupisse credebantur (Cic. de div. 2, 41, 85) probabiliter coniecit Fogginius p. 48. Cf. Preller myth. 2^o, 189.

XVII K · NOV · (Oct. 17).

Vernar(um) dies fest(us) *ANT*.

XV K · IAN · (Dec. 18) Epone *VIDIZZ*.

Supra p. 337 dixi fortasse rectius sacrum hoc referri inter municipalia.

FERIAE CHRISTIANAE EX FASTIS SILVII.

VIII id. Ian. (Ian. 6) Epiphania, quo die interpositis temporibus visa est stella magis, quae dominum nostrum nuntiabat. Et aqua vinum facta et in amne Iordanis salvator baptizatus est.

XI k. Febr. (Ian. 22) Natalis sancti Vincentii martyris.

VIII k. Mart. (Febr. 22) Depositio sancti Petri et Pauli.

IX k. Apr. (Mart. 24). Natalis calices *SILV*.

Natali calicis apud Christianos significari eucharistiam institutam

monuerunt amici (ed. pr. p. 566). Alcimi Aviti sermonis *die natal. calicis* extant excerpta (p. 103 Peiper).

VIII k. Apr. (Mart. 25) Crucimissio gentilium. Christus passus hoc die.

VI k. Apr. (Mart. 27) Resurrectio.

k. Aug. (Aug. 1) Martyrium Maccabaeorum.

IV id. Aug. (Aug. 10) Natalis sancti Laurentii martyris.

prid. id. Aug. (Aug. 12) Hippolyti martyris.

VIII k. Ian. (Dec. 25) Natalis domini corporalis.

VII k. Ian. (Dec. 26) Natalis sancti Stephani martyris.